

1209.

[12

Graf Baldwin von Bentheim überträgt dem Kloster Wietmarschen das von diesem dem gräflichen Ministerialen Rudolf von Ringe abgekaufte Erbe Hartger zu Scherehorn im Kspl. Emblicheim.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Quoniam hominum memoria fragilis est et rerum turbini non sufficit, quoniam etiam generatio preterit et generatio supervenit, ea, que aput homines variis ex causis contrahendo geruntur, nonnumquam veniunt in oblivionem et per maliciam eorum, qui libenter alios circumvenire volunt, deducuntur in questionem, contra quem morbum litterarum provide statutum esse remedium, ut per litteras memoria repetatur et malignantium cavillationibus occurratur. Presentis igitur et subsequentis etatis hominibus attestazione huius pagine legentibus vel audientibus ego Baldwinus comes de Benethem notum esse desidero, quod Rudulfus de Ringe ministerialis meus bona, que a me habuit in Scherehorne zu Scherehorne omnibus sibi attinentibus in manus meas omnino resignavit acceptis xxxvi marcis a cenobio sororum, quod dicitur Sanctemarienrothe, priore eiusdem cenobii Widekino mediante, et ego eadem bona, cum mea essent propria et nullum haberem heredem, cuius consensum ad hoc requirere deberem, prefato cenobio in perpetuum contradidi, meamque traditionem, ut fortius habeat firmamentum, litteris presentis cyrografi muniri et testium nomina feci subscribi. Testes hii sunt: Rudolfus Pinguis, Sigerus, Godeschalcus advocatus, Frithericus et frater eius Herpo, Everhardus de Quenethorp, Nicolaus de Turri, Magnus, Eilardus et Hunoldus frater suns, Wilhelmus de Walle, Bernardus Hert, Hernest de Wengensele et alii quam plures. Actum anno incarnationis M<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>viii.

Orig. mit stark beschnittenem Rande; von halb abgeschnittenen Buchstaben des Cyrographs ist nichts mehr zu sehen. Siegel durch Abbröckelung beschädigt, in einem Leinwandstückchen; Westf. Siegel 21, 3. Hückschrift: Hertgerinc to Scherehoern. IX. Rep. I. 29.

Kreis

Steinfurt

S 254